Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift



SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis in xpo filiabus sanctimonialibus ad mumensis monasterii. salutem et apostolicam benedictionem.

Super his que de religione et honesta conuersatione uestra plurimorum relatione ad notitiam nostram peuenere. omnipotenti deo magnas gratias agimus. qui infragili sexu tantam uirtutis constantiam dedit et sic uos in suo amore consolidauit. et ut ita dicamus uiriles in suo sancto seruicio et fortes effecit. Proinde in xpo dilectae filiae non estis monendae ut in cupiatis. et ad aratrum domini manum apponatis. sed ut secundum apostolii eorum que retro sunt oblitae. ad brauium superne uocationis eum dini adiutorio uos ipsas extendatis. Sponso itaq; im mortali spiritus sancti arra desponsatae. conuenis omnibus ad amplexum et aspectum eius sine intermissione suspirate. cum psalmista dicentes. Quis dabit mihi pennas sicut columbae. et uolabo et requiescam. Quamdiu autem in corpore manetis et a domino peregrinamini. iocundium deo in uestra uirginitate